



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis, Commentariorum Libri LVIII

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Musica.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

RATIO. CAP. V.

Athanafius in iis quæ contra gentiles fcripfit, rationem Lyrae comparavit, ubi de anima, mente & fenfu differit: quippe id Lyrae haud difsimile videri ait, quæ rectæ temperata fit, & Mufico qui eam refonare faciat, non imperito. Est enim in Lyrae nervis fuus cuique fonus, gravis, acutus, medius, argutus, atque alius aliis. Conventus autem nullus difcerni aut internofci potefl, nifi ficitinis ars accedat. Tum vero modulatio & varia foni fva vitas oflenditur, cum qui Lyram tenet, nervis increpuerit, fingulosque apte percurrerit. Eodem modo, cum fenfus in corpore fint tamquam Lyrae compofiti, fi docta mens illis imperavit, difcernet animus, quid abfonum, quid concinnum fit, quale fit unicuique rei temperamentum adhibendum, ut nihil denique facere, aut meditari aggrediatur, quod modulis & tonis non refpondeat, unde concors concetus exaudiatur. Et nonnulli concordiam inde dici putant, quod chordæ variæ in unam convenient harmoniam: tamen alii concordiam à corde deductam malunt, qui Tullio innituntur Tufculanarum primo dicenti: *Alia cor ipfam* *animus videtur, ex quo excordes, vecordes, concordæque dicuntur*, ut in Cordis commentario difputatum: eamque afferunt rationem, quod id locutionis in monumentis antiquis afpiratione caret. Qui chordis infiftunt concordem à Græcis *ὁμόφωνοι* dici opponunt confuefque ajunt veteres elocutiones plerisque in Latinitatis ufum receptis, adjectam confonantibus afpirationem fummovere quatuor tantum admiffis, quæ Scaurus enumerat.

Concordia unde.

MATRIMONIUM CONCORS. CAP. VI.

Sed nos ut ad concordia fignificata redeamus, illud ex Onirocritarum difciplina deprompfimus, ut fi quis nuptiarum tempore Lyram per fomnium videre imaginatus fuerit, concordiam, id inter maritum & uxorem futuram fignificare.

MUSICA. CAP. VII.

Neronis numisma. Idg. adeo, ut ci tharam à iudicib ad fe delatam adoravit. Suet in Nerone c. 12.

Quæ vero Lyra eft in Neronis numo, ftudium ejus in arte Mufica, & victoriam ex certamine eo partam fignificare crediderim. Fidibus enim eum oblectatum ad infaniam ufque, & in theatris Mufica decertaffe, non fine majeltatis Imperatoria dedecore atque ignominia, fcriptores eorum temporum omnes prodiderunt. Nam is præter numos ea nota percuflus, ftatuus etiam fibi tharædico habitu pofuit.

POMPONII MUSA. CAP. VIII.

Pomponii Musæ numisma.

Eft & Pomponii Mufæ numus: à cujus altera parte muliebre fignum eft cum Lyra & Plectro, id quid fibi aliud velit, quam ejus cognomentum, non video: five is Pomponius Poeta fuerit, de quo apud Plinium, five qui in bello Mithridatico captus, cum multis vulneribus faucibus ad Mithridatem adductus, interrogatus ab eo efllet, an amicus futurus efllet, fi opera jufu regio daretur, ut curaretur: refpondens, *Si tu, inquit, populo Romano amicus fueris, aliter me quoque femper inimicum habebis.*

AMOR. CAP. IX.

Unde illud è veteri Philofopho Platonis in Similitudo mater amoris. Ar. l. 8. Moral. Aneid l. 1. Cythera unde dicta. Hinc de Ar. poeti Diſſim

Quoniam vero voluntatum, ftudiorumque confenfus atque fimilitudo amorem parit, celebratur à Platone Lyra inter amatoria monumenta; libro de Anima. Proclusque ubi Venerem Cytheream ab Homero & Hefiodo appellatam exponit, adverfat Hefiodo, neque dictam *ὅτι ἀρεστικὴ καὶ ἡρώδης*, oide μὲν γὰρ παύθησθαι, καὶ ἡρώδης ἡ καὶ πομμένη ἐχμοὶ ἐν αὐτῇ πύσσης τῆς ἐγὼνικῆς Φιλίας. Non afientitur, inquam, Proclus ut Cythera dicta fit à Cytheris, ubi illi templum aræque tot frequentiffimo mortalium conventu colebantur: quia inquit, *κύθηρα* vocantur infula illa, & *alta Cythera* etiam apud Maronem, cujus fcilicet vocabuli fylloba media per *h* vocalem longam perfcribatur. Dictam vero Cytheream ait, quod univerfa confuetudinis amatoriarum vim intra fe occultat. Nam & alii Cytheream ab occultanda turpitudine dictam voluere, & illi in abdito templum fuiffe alibi dicimus. Lyra autem cum omnem in fe fuavitatem complectatur, quamdam cum Amore, cum Venerem, cum

Gratias

